Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25968
Copyright: Admont, Benediktinerstift

homo pristinas conuersationis sue uias inuenit. et solliciter
considerat. omnia quæ fecit. et in quibuscunq; deliquit. omnia sibi
met in amaritudine quandam et dolore conuertit. Quo facto.
uidemus quid sequitur: Et uidit ds quod esset bonum. Videre dicit est
diligere dicit. Tale nanq; hominis perfectum uidet. quia approbat. dili
git. et amat. Germinet terra herbam uirentem. Germinat terra herbam
uirentem. quando homo uirtutem et germen bonorum opum profert.
semen facit. quando inuiti collustratus. aliis exemplum bone conuer
sationis. perfecte humiliatus et patientie sue demonstrat. in
qui prius male uiuendo aliis erat destructioni. iam bene uiuen
do sit edificationi. Lignum quoq; pomiferum erit. quando qui
prius inualidus fuit. in uoluntate et scientia. ualidus iam
et fortis et in uoluntate et in scientia existit. Sed inter hec necess
se est. ut semen sit in semetipso super terram. Quid est semen in semetip
so esse. nisi in bonis actibus laudem ab ore proximorum non querere. Cui et em
semen in semetipso non est super terram. Si temporales fauores appe
tit. is profecto cum hinc de terra in morte tollitur. in futura uita ni
chil de mercede inuenit. sicut et iam de talibus ipse dns ait. amen
dico uobis. receperunt mercedem suam. Hinc est quod uenente dno
ad nupcias. fatue uirgines de extinctis lampadibus suis eque
runtur. et a nupciis excluduntur. quia diu laudes humanas affec
tabant. lumen sue operationis quo coram dno lucere debuissent.
extinctum inuenerunt. Hec idcirco dixi. quia ut uideo euangelice
lectioni multum concordant. et quoquo ordine isto progredi
untur. hinc ad illum. ad est saluatore suum xpm. uel ad illum. hoc est
ad salutem animne sue appropinquant. Idcirco eum nunc dno ap
propinquam per bonam conuersationem. ut in celo ei cum angelis app
propinquem. cum iam ab eo meritam remunerationem percipere.
Qui uero stat appropinquiores illi. in duo populi publicani et peccato
res. Per publicanos illi accipi possunt. quia publice in seculo